

desisterent ab instantia mortis xpi
 Sed hijs omnibus non obstantibus
 non excusatur Pilatus: quia
 sciebat eum innocentem. et quod per iniu-
 diam tradidissent eum Iudei. Hoc
 tamen non obstante istud verbum con-
 cludit Pilato. Si hunc dimittis non
 es amicus cesaris. Vnde audito hoc
 verbo adiudicauit fieri petitionem
 iudeorum de xpo. **Matth. 27. a Jo.**
19. Et sicut falsi iudices cum preten-
 dunt se velle defendere veritate; di-
 ligent inquirunt de veritate si si pos-
 sint ea faciliter videre non perse-
 quuntur. Ita Pilatus diligenter inquisi-
 uit a xpo quid est veritas si noluit
 xpi responsum audire. si post que-
 stionem exiit continue ad iudeos
Jobus. De hijs omnibus verificatur
 illud **Ite. 4.** Negauerunt dominum
 a dixerunt. Non est ipse neque veni-
 et super nos malum. Falsi ei aduoca-
 ti dicunt se nosse de verbis: si fac-
 tis eum negant. et non solum negant
 imo reprobant veritate; et colorant
 falsitatem. De quibus verificatur
 illud ad **Tytum primo.** Inquinatae
 sunt via eorum et mens et conscientia. Con-
 fitentur autem se nosse deum. factis autem
 negant. De istis loquitur yfidorus in
 quadam epistola sic eos describit. Vnde
 sunt in conuiujs scurriles: in exactionibus
 arpie: in collusionibus testie
 in questionibus fatue: ad intelligendum
 saxe: ad iudicandum ligneis:
 ad ignoscendum ferrei: ad amici-
 cias pardi: ad faccias visi: ad
 fallendum vulpes: ad superbien-
 dum tauri et ad obseruandum mino-
 rum tauri. **Hec ille.** Istis nichil sufficit
 nichil placet nisi pecunia. Sicut
 dicit **Alanus** in libro suo de questu

natute. Si quis inquit accipiat pe-
 cunia tamquam loriceis argenteis tor-
 rentis impetu **Tulliani:** sulphuris
 incurfus **Hectori:** robur virtutis
Herculee: vsipellis **Vlises** vilipe-
 die astucias **Et** intantum huiusmodi factus
 incanduit ut dyalictice muta sit
 subtilitas: rethorice languescat ci-
 uilitas: vbi numerorum porat plura-
 litas. Si enim in aures iudicis vel ad-
 uocati susurret pecunia: **Orphei** li-
 ra: carmen aphytrionis: musa vngi-
 lly voce pecunie suffocantur. **Quid**
pluras. Vbi numerus loquitur: **Tul-**
liam eloquij lingua mutescit: vbi
 numerus militat **Hectorio** milite
 fulgura percussantur: vbi pugnat
 pecunia expugnat **Herculea:** nu-
 mus vincit: numerus regnat: num-
 mus impat vniuersis. **Hec Ala-**
nus. Istis aduocatis sic dicit **Am-**
brosius in quodam sermone. **Iuste**
dicet. Redde quod accepisti quod con-
 tra veritatem dixisti: iniquitati af-
 fuisti: iudice feculisti: iustam cau-
 sam oppressisti: de falsitate vixisti

Capitulum. 13. Lectio. 144.

Uam autem sunt omnes
 homines in quibus non
 subest scientia dei a de-
 his que vident bona
 non poterant intelligere eum qui neque
 de operibus attendentes agnouerunt
 quis esset artifex. si aut ignem a
 spiritu: aut citatum aerem: aut girum
 stellatum: aut nimiam aquam: aut so-
 lem: aut lunam rectores orbis ter-
 rati deos putauerunt. **Postquam** sa-
 lomon persecutus est iustam chana-
 neorum exterminacionem per deum. pro
 eo quod deum colere noluerunt. si sicut
 stulti a insani ydol fuisse perlingerunt
 l.

309

Ca 13

Consequenter insilit actor huius
 libri circa crimen ydolatrie repro-
 bandum Et circa hoc procedit prio-
 agit de magnitudine culpe fuen-
 tum ydolis. Secundo de rectitudine
 pene qua deus insilit ydolatrie a
 specialiter egyptiis. Secunda ps ibi
 ca. 16. Propter hec a hinc similia dig-
 ni passi sunt tormenta. Circa p-
 mu duo sunt. primo prosequitur
 de ydolatrarum supstitiosa adora-
 tione. secundo de ydolorum primaria ad-
 inuentione. Secunda ps ibi. infra. c.
 12. Acerto enim luctu doloris. Cui
 primum duo facit. primo reprehen-
 dit ydolatratores colentes naturales
 creaturas. secundo reprehendit ali-
 os qui colebant artificiales yma-
 gines a sculpturas. Infra. Infelices
Quia vero in ydolatria duo sunt.
 viz auersio a vero deo qui ab oibz
 est colendus a uersio ad creaturam
 Ideo primo agit de gentiliuz auer-
 sione a deo. secundo de eorum conuer-
 sione ad creaturas. Secunda pars
 ibi. Sed aut ignem. Circa primum
 reprehendit spū sanctus stolidi-
 tatem a fatuitatem curiosorum ge-
 tilium qui circa naturales iuestiga-
 tiones cum summis laboribus stu-
 duerunt. a tñ dei noticia caruerunt.
Et dicit sic Vanū autem sunt oēs
homines in quibus non subest sci-
entia Vanū autem est sicut de phis
z. phico 2. qd est ordinatum ad ali-
qd sic ad finē a nō pōt attingē finē
suū Sicut si aliquis deambulet p-
ter sanitatem a eam per deambula-
tionem nō consequat dicimus eū
immanū ambulasse. hōies autē or-
dmatur ad deū cognoscendū a co-
lendū Yñ Anselm. 2. Cur deus

homo rationalis creaturam a deo
 factam esse iustam ut illo fruendo
 beatā esset dubitari non debet. Id
 naturā rationalis est ut discernat
 inter iustum a n iustum. inter bo-
 num a malum a inter maius bonū
 a minus bonum. Alioquin frustra
facta esset rationalis. Igitur om-
 nis homo frustra est a vanus si scien-
 tiam de deo non habeat. Et ideo de
Vani autem sunt omnes homines
in quibus non subest scientia dei
a scientia de deo. Hec scientia est fi-
des per prophetas reuelata antiquis
patribus a postea nobis per filiū
predicatum sū Glō. Hec scientia ē
timor a reuerentia dei. Barth. 2.
cō dicitur de prudentibus huius
mundi perierunt eo q non habu-
erunt scientiam. Et signanter dicit
In quibus non subest scientia dei
a fides. Est enī fides fundamentū
totius edificij spūal in xpiano. Ad
Heb. 11. Fides ē spandaz reer sub-
stantia argumentū nō apparentiū
Et ideo infideles nichil boni super
edificant. dūmō in sua infidelitate
perseuerant. Hoc est ergo primum
de quo reprehenduntur gentiles ydo-
latre q fidem de dō non habuerūt
p fundamento sue inquisitionis. Qd
autē noticiā. vel scientiā de deo nō
habuerunt p tē ex duobus. Prio
quia non intellexerunt eum bo-
num remuocatore vel guberna-
torem mundi. Secundo ex eo q nō
intellexerunt eum esse mundi cre-
atorem. Quantum ergo ad pri-
imum dicit sic. Et de hinc que vidē-
tur bona non poterant intellige-
re eum qui est. id est deum qui
est summe bonus. Et solus vere

est. quia a se est. et sine eo nichil
 est a nichil esse potest. Sicut autem de
 propriissime dicitur qui est: ita dyabo-
 lus propter suam malitiam dicitur qui non
 est Job. 18. Habitent in taberna-
 culo illius socii eius qui non est
 Cum enim viderent creaturas esse
 bonas potuerunt arguisse ad unum
 pro se bonum deum edum. sicut ar-
 guit Avicenna primo sive Methaph.
 Ad unum simpliciter necesse est: ex
 necesse alijs non necesse est sic deueissent
 ad illi qui vere est qui dicit Exo.
 3. Ego sum qui sum ait. Sic dices filijs
 israel. Qui est misit me ad vos.
 Unde sicut dicitur sancti: istud no-
 me propriissime ouenit deo: viz Qui
 est. Ipse enim solus uniformiter sem-
 per idem est. ois ei creatura alicui
 mutacioni subicitur. Angeli siquidem
 secundum aliquas affectiones mutantur: corpora
 celestia secundum loca. Corpora inferiora
 infra speram actiuorum et passiuorum
 existetia alterantur: augmetantur
 diminuuntur et mouentur secundum loca.
 Et ideo signatim dicit Anselmus.
 Prologion ca. 22. Tu solus do-
 mine es quod es et tu es qui es. Na
 quod aliud est in toto: aliud in
 partibus et quod aliquando est
 in tempore et in quo aliquid est mu-
 tabile: non omnino est quod est
 Et quod incepit a non esse et potest
 cogitari non esse et non pro aliud subsis-
 tat redit in non esse et quod habet
 fuisse quod iam non est et futurum
 esse quod nondum est illud non
 dicitur esse proprie et absolute. Tu ve-
 ro es illud quod es: quia quicquid
 aliquando aut aliquo modo es: hoc
 totus et semper es et tu es quod se-
 per et proprie et simpliciter es: quod nec

habes fuisse nec futurus esse. sed
 tantum presens esse. Nec Anselm?
 Secundo reprehendit fatuitatem
 gentium philosophorum de eo quod non
 cognouerunt deum esse mundi crea-
 torem et quantum ad hoc dicit sic.
 Neque operibus attendentes agnoue-
 runt quis esset artifex. Cum enim
 effectus ducant in noticiam sue cau-
 se et ipsi totaliter occupati fuerunt
 ad inuestigandum causas rerum in
 hoc culpandi sunt quantum ad pri-
 mam causam quod deuenire non potu-
 erunt ad cognoscendum deum bo-
 norum remuneratorem vel mundi
 creatorem. Sed posset quoniam qua-
 liter est quod philosophi ad demon-
 strandum deum esse bonorum remune-
 ratorem vel mundi creatorem suffi-
 cientes non fuerunt. Dico quod non e-
 ritum cum nec christiani qui soli u-
 nius veri dei noticiam habent ad
 hoc non sufficiant. Ad hoc dicitur
 dum ut estimo: quod deum esse non e-
 rit aliquam rationem demonstra-
 tum hucusque. nec deum esse creato-
 rem mundi si quicumque se innocentem habent
 ad deum et rationem naturalem ercent stu-
 dendo: nec sine gratie obice present
 deus eis sufficienter sui conicant noticiam
 sic quod eis sufficiat ad salutem. Exem-
 pla ad hoc habentur. primo de Corneli-
 o: cui missus est Petrus. de Paulo
 cui missus est Ananias qui se sic dis-
 posuerunt pro reuelacione et inspiacione
 quod noticiam deo deo meruerunt habere
 Et ideo dicitur. est quod si non obstat culpa
 hominis ad hunc rationis usum utique perue-
 niret quod dei noticiam habereat id est
 de deo saltem quanta est necessari-
 a ad salutem. Tercio repren-
 dit errores gentium de crimine
 l. 2.

310

ydolatrie quantum ad conversionem
 ad creaturam. Et nominat septem
 genera creaturarum. que apud
 ydolatrarum supersticiones habe-
 bantur in honore cum dicit. Sed
 supple deos putauerunt. aut ignem
 aut spiritum et cetera. Ignem co-
 luerunt caldei. et apud gentiles di-
 cebatur Vulcanus. secundum Hieroni-
 um et Remigium. volentem candorem
 faciens. Iste fingebatur quasi fa-
 lter daudus. et dicebat fulminare
 vel fabricare fulmina Ioui: quod Iou-
 i superiorem partem aeris addix-
 erunt et Vulcano deputauerunt me-
 diam regionem a quo loco fulgu-
 ra et choruscaciones descendunt.
 Caldei autem sicut in quibusdam
 historijs scolasticis inuenitur. ig-
 nem adorabant et ad hoc alios co-
 gebant per modum istum obtu-
 lerunt quibuscumque negantibus
 ignem esse deum et alium deum co-
 lentibus pugna: ita quod si deus eo-
 rum ab aliquo vinceretur eis cul-
 turam dimitterent. Si vero ignis
 qui fuit deus eorum aliorum consu-
 meret ydola ipsi ad ignem colen-
 dum pro deo semper se obligaret.
 Isto audito canopi in egipto quod
 ydolum belli coluerunt deposuerunt
 de capite ydoli sui coronam auream.
 et super caput suum quoddam vas
 testrum aqua plenum posuerunt
 et illud multis foraminibus perfo-
 rauerunt et cera obtuauerunt. Ve-
 nerunt ergo caldei ad istud ydo-
 lum examinandum et apposuerunt
 ignem et statim in foraminibus ce-
 ra liquefacta descendit aqua et ig-
 nem extinxit. Et sic persuaserunt ydo-
 la canopi eiusdem ciuitatis egip-

et illi de ciuitate promissi sunt de in-
 ceptis ydolis suis. Alii coluerunt
 spiritum et etherem quem dixerunt Iouem
 superiorem partem aeris vel
 ipsum ignem secundum alios quod aere di-
 uiserunt in duas partes vel potius
 in tres Superiorem vocauerunt Iouem
 Inferiorem Junonem. Et illam
 inferiorem partem vocat hic cita-
 tum aerem propter facilitatem mo-
 tus et diuisionis. Quarto alij vene-
 rabantur spiritum stellarum firma-
 mentum in quo sunt stelle fixe et
 varijs ymaginibus nominata secundum
 grecorum fabulas. Alii coluerunt a-
 quam. Unde neptunum fingebant
 dominum vel deum maris. Inter
 istas falsas fabulas equiuocatio
 magna est de Ioue: quod interdum
 significat planetam immediate sub
 saturno. Interdum superiorem partem
 aeris. Fingunt potestatem Saturnus
 tres filios habuit Iouem Neptu-
 num et Plutonium. Iupiter regnat
 in celo Neptunus in mari Pluto
 in inferno. Unde tales versus ha-
 bentur. Iupiter astra fretum nep-
 tunus. tartara Pluto. Regna pat-
 na tenent. tres tria quisque suum.
 Unde ipsum elementum aquarum
 vocauerunt neptunum. Et ideo di-
 citur in littera hic quod aliqui colue-
 runt mimiam aquam. Huius yma-
 go portauit in manu tridentem ad
 designandum quod aque triplici fun-
 guntur virtute. Sunt enim liquide
 fecunde et potabiles. Dic etiam
 Neptunus amphitricem accepit
 in coniuge. Et dicitur amphitrix
 ab amphi quod est circum et tritum
 quod contritum. eo quod aqua tribus elemē-
 tis quasi conclusa sit et circumscripta celo

vt in aquis superioribus in aere in situ
 bibus in terra in fontibus puteis vel
 vixit neptuni de amphitricis secundum
 macrobiū quod mare terrā ambit et
 circūtegit. Alij coluerūt solē quē mil-
 tis nominibus nūcupauerūt. Solez ei
 dicitur p̄mū filiū Jouis. quē vocāt
 phēbū quod nouū. eo quod in ortu suo co-
 tidie nouū appareat. Et ideo pingē-
 bat interbris. Dic etiam apollo di-
 citur p̄dens siue extirpans. eo quod
 calore suo omnium videntium hūorem p̄-
 dit et exterminat. De vocat phytus
 a phitōne spēte quē statim natus
 occidit cum sagittis. Sol dicitur vel quod
 solus p̄cellit magnitudinez in stel-
 las. vel quod solus lucet de die alijs
 p̄ p̄sentia obscuratis. Dicit etiam
 am liti. a lico vulpo. eo quod sic lupus
 protra dilacerat ita sol suo foruo ē
 omnes hūorem exsiccat. Alij cole-
 bāt lunā quā vocabant dyana. De
 multa nomina secundum diuersos ef-
 fecerat. Dicebat luna dyana in
 filius luna in celis de istis a de eo
 eū cultu hētur. 2. Re. 17. Adolebant in
 censu Baal a soli a lune a. 12. figs
 a omni milicie celi. De igitur putauerūt
 deos videlicet rōres orbis terrarū
 Sed p̄ter ista multas alias sup̄sti-
 cōes adiuenerūt poete sic narrat
 Plato in libro qui dicitur de phisicis. Antiq̄
 nāq̄ filii cole a pastores. rōres
 a p̄sicoes datas ab hoibus ad v-
 sum viuēdi a diuina grā colebant
 p̄ dijs sicut agriculturā v̄ndemia-
 tionem a seminatōem a h̄mōi po-
 stea poete causa lucis a fauores e-
 asdem artes siue scientias. mem-
 brati effigiauerūt a p̄p̄is nominibus
 distinxerunt. vocantes sciam colē-
 bi agros ceteram scientiā colendi

vineas bachū. actus etiam hūa-
 ne libidinis viderem vocauerunt.
 Et sic sup̄sticōes multiplicatae sunt
 nimis. Et vocantur sup̄sticōes secundum
 seruū a vetul ultra cōsuetudinē
 humane vite sup̄sticibus. Tales
 enim vetustissime vetule iam dece-
 pte a delire talium numinum a fi-
 ctionum inuentrices fuerunt.

L. 146.

Quorum si specie delectati
 deos putauerūt sciāt quō
 hīs dīnator eorum spe-
 ciosior ē. Specie enim gubernator
 hec omnia constituit. Aut si virtu-
 tem a opera eorum mirati sunt in-
 telligant ab ipsis. quoniam qui
 hec fecit fortior est illis. **A** magtu-
 dine enim speciei a creature cong-
 noscibiliter poterit creator horum
 videri. **P**ostquā sanctus spiritus
 redarguit p̄uersos gentiles de ig-
 norantia quā habuerunt de deo o-
 mium conditore. hic ostendit con-
 sequenter quod illa ignorantia non
 fuit a natura humana sed ab eorū
 malicioso errore. Et circa hec duo
 sunt. **N**ā primo ostendit per quā
 viam venisse poterant ad dei cog-
 nitionem. **S**ecundo quod nullas hūit
 siue ignorantie excusationem. **S**e-
 cunda pars ibi. **S**ed tamen adhuc
 in hīs. **C**irca primū duo facit
Primo tangit duplex mediū di-
 uinum per quorum vtrumque ad di-
 uinitiam poterant peruenisse. **S**e-
 cūdo ostendit quō p̄ illa media debe-
 bant arguisse ibi. **A** magtudine
 enim duo ḡ sunt in creaturis videlicet
 fortē delectabilis in eēdo a virtus ad-
 mirabilis in agēdo a ista duo max-
 ime apparent in corpore celestibus.

l. 3.

sole a luna a stellis de quibus im-
 mediate dictum est atc Et de istis
 loquens subdit **Quorum si specie**
delectati deos putauerunt sciat qm
to hys dñator eorū speciosior est.
Quoz predictoz .i. solis a lune a
stellarum specie delectati In Ps.
Delectasti me dñe in factura tua.
Vnde glosa delectat in specie cre-
ature ppter deum licitum est Sed
delectari in creatura ppter seipsaz
non referendo ad deum puer sum
est. Ergo si horum specie delectati
sunt. sciant v scire debent qnto do-
minator eorum. Deus videlicet spe-
ciosior est scz hys rebus. Cuius ra-
tionem subdit dicens Speciei em
gubernator a creaturaz rerum spe-
ciosaz. hec omnia constituit Quia
ergo deus pulchritudinem crea-
turarum creauit a non creauit nisi
per liberum arbitriuz. sicut artifex
facit opus suum. scire poterant q
ipse longe sit speciosior q opus su-
um Boeci^o terco de consolacione.
Pulch^{er} pulcherimus ipse mun-
dum mente gerens similiqz yma-
gine formans Aliud medium est
in istis creaturis ducens intellectu
hominis in deum toti^o creaturē cau-
sam videlicet mirabilis virtus a
potentia corpm celestium. lucē do-
mouendo diuersos a quasi infini-
tos effectus in istis inferiorib⁹ p-
ducendo Igitur si virtutem a opē
eorū mirati sūt: qz ppter mirai ceperūt
hoies philosophari. i. metha. a
videtur pbia hñe mirabiles de lec-
taōnes sinceritate a puritate. 10.
ethi. Intelligāt hoc ē intelligē de-
lent ab ipis v ipas creaturas q-
mā qz hec fecit fortior ē ill. fortior a

vti osior a potentior ē illis i agēdo
Vnde ipso volente sol lumen suū
retrahit. Math. 24. Ipso volente
sol stetit Josue. 10. Ipso volente sol
retro rediit. 3. Re. 20. Conit ondit
quō p ista duo media intellectus
humanus ascendit in deum. q. d.
Hec est tota racō quare gentiles
ab ignorantia sua de deo sunt ier-
cusabiles: qz a magnitudine speci-
ei a creature poterit creator eorum
agnoscibiliter videri. A magnitudi-
die speciei a pulchritudinis a cre-
ature v mirabilis factūe debebant
arguisse creatorē eē maiorē tā spē
q vtute Sic etiā Arist. p viā motus
nifus est pbare vnū pmū mouēs
eē imptibile a infinituz nullā hñs
magnitudinē corpalem. s. p hñs.
Ad Rō. primo. Inuisibilia em ip-
sius a dei a creatura mudi a ab ho-
mine p ea qz facta sūt intellectuā cō-
spiciuntur. Sempiterna quoqz ei⁹
vtus a dimitas: ita vt sint exarsa-
biles. In illaz clausulaz Quorum
specie delectati deos putauerūt No-
tandū ē qz delectant aliqui viciosi
spē ppria a aliqui specie aliena Pri-
mi sunt qui supbiunt de pulchri-
tudinis vanitate. Secundi sūt qz
samiūt libidis voluptate. Primi ez-
go delectatur i specie ppria. supbiē-
tes de pulchritudinis vaitatē n cōsi-
derātes qz vana sit a superficialē qz
buis a tpal Vñ Boeti. 3. de cōso-
psa. 8. Forme vō mitor vt vēr⁹ ra-
pid⁹ ē vt velox a vnaliū floz mu-
tabilitate fugātiō. Rō si vt Arist.
ait lyncis oculis vtentur homi-
nes vt eorum visus obstātia que
qz penetraēt: nonne itrospectis vil-
teribus illud altipiadis superficie

pulcherrimū corpus turpissimū
videtur. Ergo te pulchruū videri nō
tua natura vel cura s; oculorū; spe-
ctantiū. red dicit infirmitas. S; esti-
mate q̄ multū nimis corporis bo-
na: hec quecumq; miramini tridu-
ane febris igniculo posse dissolui
hec Boetius. Refert Ouidius me-
tamorphosi. 7. q̄ marcellus pu-
er quidā tante fuit speciei vt sta-
tim natus ab oibus possit amari
Parentes ergo p̄ nimia admiraci-
one pulchritudinis cōfutuēt quē-
dā vatem. si iste puer tēp⁹ attin-
gēt senectutis a si eēt futurus eta-
tis longene Ille rēdit diu inquit
vivet si semetipm nō nouerit Pu-
er adultus a fact⁹ iā iuueis tantā
cōcepit de suo de core supbiā q̄ oīz
cōtēpfit amorē tā iuuenū q̄ puel-
larū Tandē fatigatus quodaz die
de venacōe diuertit ad fontē quē-
dā purissimū causa sitis sedande.
Et dū bibēt ymaginem sue faciei
vidit in aqua Miratus speciem vi-
se ymaginis cōsiderat fronte; tri-
nes os genas a oculos a amorē isti-
us ymaginis capitur Alloquitur
ymaginē extendit brachia vt eā
apprehēdat a nichil iuenit n̄ aquā
Offert a oscula a ymago videtur
reddere sibi velle. ridet puer a illa
conidet. lacrimat a illa deplorat.
Sic ergo exardescens i amore; sui
ipsum languens defecit: a i flore;
sui nois est conuersus Ille puer
ppter speciem nimiam elatus i su-
pbia designat vane gloriantes
de fragili decore corpis: qui tantū
delectantur de sue pulchritudis ve-
nustate q̄ to talit̄ euanescaūt vbi
homines esse deberent inuiles flo-

res sūt Vnde ysaie. 40. Omnis ca-
ro fenum a omnis gloria eius q̄si
flos agri Isti diu viuerēt vita grē
si semetipsos non noscerent In cu-
ius figura; herodes occidit Johā-
nem Math. 14. Herodes interpreta-
tur glorians in pellibus a desigēt
personam de pulchritudine corpo-
ris gloriantem que non est nisi i
superficie a pelle s; Aristot. Iohs
grāvel in q̄ est gracia interpreta-
tur Herodes ergo Johannem oc-
cidit dum superbiens de specie g-
ciam interemit que latebat i mē-
te. Vnde auctor libri de varietate
carminum Tua inquit sunt semi-
num genera que iculto inuentu-
tis agro absq; comitantibus zija-
nijs rarissime conualescunt. s. ele-
gantia pulchritudinis: vigor for-
titudinis a suauitas vocis Pulch-
ritudo enim: iuuenem aliene p̄ dā
libidinis aut predonem efficit ca-
stitatis. fortitudo ingerit audaciā
Audacia vero ad iniurias cōmie-
tendas impellit At vero hñ quito-
eis amenitate preeminēt lasciuia
modestis. ludicra proficius a io-
cosa serijs anteponunt. Nec ille.
Secundo delectantur alij viciose
in specie aliena. sicut ille senex cui
dixit daniel Semen chanaana nō
iuda: species decepit te a concupis-
centia subuertit cor tuum daniel.
13. Porro susanna erat delirata ni-
mis a pulchra specie Sic Holofer-
nes occiditur dum incaute Iudith
speciez contemplatur Iudith. 16.
Judith filia merari in specie faciei
sue dissoluit eum Vnde Iudith.
10. scribitur q̄ cum ipsa Arasseet
ante faciem eius statim captus ē
l. g.

suis oculis holofertiles. Sic dauid
 captus est in specie bethsabee. 2. Re.
 11. Et ideo signantur dicitur **Eccī. 9.**
Ne circumspicias speciem alienā
 Propter speciem enim mulieris pe-
 rierunt multi et ex hoc concupiscen-
 tia quasi ignis exardescit. Notan-
 dum est quod nichil est ita potens sub-
 uertere cor humanum sicut concu-
 piscencia et amor speciei. In cuius fi-
 guram et signum finguntur poete quod
 Alexander filius priami paris vo-
 cabatur a paritate iudicij. Unde
 ad eum misse fuerunt Juno Pal-
 las et Venus ut inter eos discerne-
 ret cui pomum aureum deberetur
 quod mittente dea discordia casu ceci-
 dit inter eas. In quo pomum sic erat
 inscriptum. pulchrior me habebit.
Certabant ergo iste tres deae quis
 foret pomum pro ceteris habitura.
Juno promisit diuicias et regnum.
Pallas laudem militiae. **V**enus pul-
 chriorem de gratia mulierem. Iste
 ergo Paris non obstante sui iu-
 dicij subtilitate a concupiscencia est
 subuersus. Unde et pomum ad iudi-
 cavit Veneri donari. **S**ecundo nota-
 tandum quod inter delectaciones tem-
 porales et eternas multiplex est dif-
 ferentia. **P**rimo enim delectaciones
 corporales secundum Aristotilem septio
 ethicorum sunt quasi medie et habent
 tristitias sibi oppositas immo ni-
 chil valent nisi tristitia sibi prece-
 dente contraria sicut delectacio que
 est in quiescendo non placet nisi
 fessio et fatigatio et delectacio que est
 in bibendo non acceptatur nisi p-
 sitim. et delectacio que est in com-
 edendo intenditur et augmentatur
 propter famem precedentem et sic

de alijs. **I**deo concludit ibi **A**risto-
 tiles quod nichil idem est nobis dele-
 ctabile semper. **C**uius ratio est quod
 homo continue mutatur ab vna
 dispositione in aliam et illud quod pla-
 cet homini est sibi delectabile in
 vna dispositione. est eide abhomi-
 nabile in alia dispositione. et ideo
 deo ipso quod natura nostra non est
 simplex sed composita ex multis.
 et transmutatur de vna dispositione
 in contrariam. necesse est quod illud
 quod est delectabile homini secundum v-
 nam dispositionem sit eide tristita-
 bile secundum aliam. sicut efuriēti sup-
 erio tibi est delectabilis et iam faci-
 ato sit eide abhominabilis. **S**ic
 per oppositum dicit **A**ristoteles quod
 quia deus est natura simplex et i-
 uariabilis semper gaudet vna et
 simplici delectacione quam habet in
 contemplacione sui ipsius. **C**um
 ergo ad statum diuinum deueni-
 mus per gloriosas vires corporis
 et anime erit delectatio nostra se-
 per vna et vniuersalis et perpetua.
Iuxta illud psalmi. **A**dimplebis
 me leticia cum vultu tuo. delectacio-
 nes in dextera tua vsque in finem.
Lectio Centesimaquinquage-
 sima septima.

Ed tamen in hijs adhuc
 minor est querela et hijs ei
 fortassis errant deus que-
 rentes et volentes inuenire. **E**t enim
 cum in opibus illius conuersent
 et inquirunt et persuasum habent
 quoniam bona sunt que videntur
 iterum tamen nec hijs debet igno-
 sci. **S**i enim tantum potuerunt scire
 ut possent estimare seculum quo-
 modo huiusmodi non facilius inuenirent

Postquam spiritus sanctus declarauit viam
 et modum per quem gentiles per prophetas potuerunt
 deuenisse ad veram dei cognitionem: hoc ostendit quod de eorum negligentia in
 hac parte nullam habuerunt excusationem. Et circa hoc tria facit: quod primo
 potest cuiusdam excusationis allegationem. scilicet illius allegationis per
 bacorum. tertio eiusdem rationis confutationem. scilicet per se ipsum. Et tunc in operibus
 huiusmodi. tertia pars ibi. **Item tamen nec huiusmodi**
Allegatio ad excusandum gentiles
 per hoc posset esse talis. videri etenim
 posset quod eis minor esset querela quam per
 bida pretendunt pro tanto: quia
 ipsi fecerunt quod in eis fuit. Querere de
 um studiis et ingenijs. disputacionibus et doctrinis et volebant eum
 inuenisse vni si non inuenire non videretur
 culpa eorum. **Confirmatio** istius
 allegacionis est quod ipsi continue in
 operibus dei se creaturis discutiendis
 conuersabantur: studentes circa
 naturam rerum creaturarum. **Et ad deum cognoscendum**
 multipliciter inquisierunt inueniendo
 disputando et docendo et condiscerunt
 eundem quod omnia sensibilia que videntur
 bona sunt et vni humano multum necessaria.
Igitur videtur quod si potuissent
 ulterius ascendere ad deum cognoscendum
 hoc multo libentius attemptassent. **Sed**
 confutatio istius allegationis cum sua
 probatione est talis. Si isti fuerunt ita studio
 si et ingeniosi quod potuerunt sibi acquirere
 estimationem et aliqualem cognitionem de toto
 mundo sicut de motibus solis et lune de viribus
 arborum lapidum et herbarum quod est
 difficilimum: quomodo non facilius horum
 omnium dominum et causam poterant inuenire
 presertim cum ipse se deus et vi-

uentibus sponte ingerat. **Sapientia**
6. **Preoccupat** autem qui se conuiscunt ut illis se prior ostendat.
 Dicit ergo sic a principio locis. per litteram. **Sed** tamen adhuc in huiusmodi gentilibus
 videlicet volentibus corpora celestia et
 elementa minor est querela vel minor quam de
 volentibus ydola de quibus postea statim dicitur.
Vel minor querela est. hoc est. esse videtur
 quod locis ultima pretendebat. **Et** huiusmodi enim per quod huiusmodi fortassis
 errant. **In** hoc quod dicit fortassis inuenit
 excusacionis insufficientiam. **De**um
 querentes et sic facientes quod in eis fuit
 et volentes inuenire si non valentes. **Huius**
 rationis confirmatio videtur esse illud quod
 sequitur. **Etenim** cum in operibus illius
 conuersentur et inquirunt et sic continue
 versentur per studium et inquisitionem in
 operibus illius et dei etiam manifestum est
 ex dictis eorum quod persuasum habent et ratum
 et per rationem probatum quia bona sunt
 que videtur videlicet ista sensibilia. **Sed**
 hoc responso refellitur sic. **Item** tamen nec
 huiusmodi debet ignosci. **Et** exponitur per
 litteram sequentem que est ista. **Autem** vel
 tamen pro sed. si istis non debet ignosci non
 debent pro excusatis huiusmodi. **Et** subiungitur
 ratio in littera. **Si** enim tantum potuerant
 scire possent estimare seculum quomodo
 dominum huiusmodi facilius non inuenirent.
Quasi diceret. Mirum est et si tanti erant
 ingenij quod istos effectus scire poterant.
Igitur causam omnium istorum effectuum
 utique leuissime scire potuissent. **Sed**
 contra illud vltimum videtur esse

Illud superius positum. 6. ca. Diffi-
 cile estimamus que in terra sunt
 a que in prospectu sunt inuenim⁹
 cum labore que autem in celis sūt
 quis inuestigabit. Igitur nō po-
 tuerunt facilius inuenisse deū q̄
 estimāe seculum. Dicunt doctores
 q̄ aliud est cōprehendere de deo q̄
 est. a aliud quid est. Primum po-
 tuerunt p̄hi p̄ creaturas. Secūduz
 fuit eis impossibile. Sed q̄ deum eē
 hucusq̄ demonstratum non inue-
 ni siue ab Aristotele siue a quocū-
 q̄ alio vt dicit quidam doctō. licz
 ego cum p̄ho a alijs solemibus
 doctōribus i vltima lectione tenu-
 erim a adhuc teneam oppositum.
 Et ideo iuxta viam illius doctōris
 aliter ad dictam obiectionem re-
 spondeo. Dicam enim fm̄ mentem
 beati Augustini. 18. de ciui. dei. ca. 38.
 Q̄ ante omnes p̄hos grecos l̄
 barbaros p̄he sc̄i precesserunt q̄
 tam verbo q̄ scripto. dei noticiā do-
 cuerunt: a ideo deum esse statim a
 principio mundi p̄ Adam a filios
 suos extitit p̄dicatū. Cui dicto qui-
 dam assenserunt. a quidā dissen-
 serunt sicut modo de alijs articul^{is}
 inuenimus. Isti ergo p̄hi audien-
 tes deum esse a a dei cultoribus fū-
 isse predicatū poterant ex regimi-
 ne mundi a rerum vniuersi gub-
 natione racōnabilē asseruisse de-
 um esse. Et ideo q̄ errauerunt eo-
 rum vel negligētia vel malicia fu-
 it in causa. Et q̄ p̄pter reuelacōnē
 antiquā diuulgatum est apud o-
 nes gentes legibv̄tentes. deū eē
 a q̄d est oibus notū videtur ipsa
 a natura notum. Ideo estimo da-
 masanum dixisse. 2. sūmā. ca. 3.

Cognicio existēdi deū nos na-
 turalit̄ inserta est q̄uis non inge-
 niū naturalis inuestigacōe. s̄ poti-
 us diuina reuelacōe dei noticia ho-
 minibus fuerit cōicata vnde dico
 ad obiectionem q̄ multo facilius
 est deum a fidem de deo inuenire q̄
 seculum estimare q̄ tene v̄tentibus
 naturā ingenio deus seipsum ali-
 quo modo reuelat. vel extrinsecā
 informacōnem vel per intrinsecā
 inspirationem. Confirmatur hec
 responsio quia nec aliter astrono-
 miam dicunt plurimi adinuentaz
 fuisse. Vñ magister in historijs sco-
 lasticis super Gen. de dispersiōe fi-
 liorum narrat Noe habuisse filiū
 quendam nomine Jomichum. q̄
 accepit a deo sapientiā seu donū
 sapientie a inuenit astronomiam.
 Sicut ergo addiscere potuerūt sci-
 entiam ad mensurandum quanti-
 tatez terre sol a lune. Ita potuerūt
 didicisse colere verum deū. Iux̄ il-
 lam clausulam Dñm nō inueniūt
 Notandū ē q̄ racō est q̄ non que-
 fierunt eum vbi manet. Non enī
 inuenit i lasciujs voluptatis. nec i
 diuicijs vanitatis. nec i cōsorcijs
 carnal̄ cōsanguinitatis. Nō inue-
 nitur i lasciujs voluptatis: q̄ fm̄
 q̄d scribit Job. 28. non inuenit in ē-
 ra suauit̄ viuentiū. Et Cāntico. 3. In
 lectulo meo p̄ noctē q̄siui que dīli-
 git aīa mea q̄siui a nō inueni. Secū-
 do nō inuenit i diuicijs vanitatis:
 q̄ Osee. 4. In gregibus suis a i ar-
 mīs suis vadēt ad quēndū dñm a nō
 inueniēt. Tercō nō inuenit dñs i cō-
 sō carnal̄ cōsanguinitatis. Luc. 2.
 Requebāt eum in cōgnatos a no-
 tos a non inueniētes eum. Egredi

sunt in iterum salem. Sed iuueniunt i
 presepio panis iuoluti austeri pe-
 nitenti **Luc. 2.** Inuenietis infantem
 panis iuoluti: a positum in presepio
 Inuenit etiam in domo munde consue
Mat. 2. Intrantes domum iuene-
 runt puerum cum maria matre eius. Ter-
 cio aut iuuenit i templo contemplatio-
 nis deuote **Luc. 2.** Post triuuum
 iuenerunt eum i templo. Errauerunt
 ergo isti phi circa diuina a celestia
 propter nimiam distantiam. Sic enim Basi-
 lius quod nimia distantia facit errare
 circa tria viz quantitatem, qualitatem a
 circa figuram. Circa quantitatem secundum
 Basilium a ponit exemplum de sole quod
 propter nimiam distantiam a nobis ap-
 parent vix pedalis quantitatis i bya-
 metro. Circa qualitatem autem Et ponit
 exemplum de velis nauium que cum
 sint alba apparent multum distanti-
 bus esse nigra. Errat etiam circa fi-
 guram propter distantiam autem. Et ponit
 exemplum de turribus que cum sint quadra-
 te propter nimiam distantiam apparent
 esse rotunde. Unde auctor de visu p-
 positione. 10. Rectangule magnitudi-
 nes magna distantia vise piferie
 apparent. Vbi h3 alia translatio. Sic
 quadrata p distantiam longam visa
 rotunda apparet. Racio est quod i mag-
 na distantia angulum quadrati non
 imitant sensum quod cuiuslibet visibi-
 lisp iproporcionatam distantiam
 siue p elongationem visum termina-
 ri contingit sic de ppositione tertia eius-
 dem libri. Isto modo peccatores elonga-
 ti a celestibus errant circa futuram
 gloriam tripliciter quia cum eius quanti-
 tate non considerantes quod magna est me-
 titudo dulcedis tue diuine autem. Circa
 eius qualitatem non considerantes quod nes-

autis audiunt nec i cor hominis ascen-
 dit gloria quam deus se diligentibus
 preparauit. Circa eius figuram non
 considerantes quod stabilis sit a eterna
 Est enim in quadro posita sicut dicitur i
Apoc. 1. Ipsi autem credunt eam esse ro-
 tundam a volubilem a caducam.

**Leō Centesima quinquagesima
 octaua.**

In felices autem sunt a infelices
 mortuos est spes illorum.
 qui appellauerunt deos o-
 pera manuum hominum aurum a argen-
 tum artis inuentionem a similitu-
 dinem animalium, aut lapidem iu-
 tiles opus manus antique. **Post**
 quod spiritus sanctus reprobauit ydo-
 latras colentes naturales creatu-
